



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

12. Miracula circa eum post mortem eius, tam in sua, quàm altera in quam  
translatus est Basilicâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

Pia ergo deuotione vir Domini cœlo semper intentus, & orationis suæ ad Deum iugiter vota præmittens, VI. Idus Nouébris, die Dominico, post solis ortum, Confessor Domini pretiosus in Christi requieuit nomine. Cuius ad exequias plebs vndique deuota accurrrens, Patrem ac Doctorem Beatisimū cum laudibus & hymnis ad Sedem deuehunc Bremense: Ibique eum in Basilicā noua, quā ipsi ædificauerat, cum honore & reuerentia condigna sepulturę tradiderunt.

## C A P. XII.

*Miracula circa eum post mortem eius, tam in sua quam altera, in quam translatus est, Basilicā.*

**I**N quo loco multis & euidentibus per sāpe demonstratum est signis, quod istud Beatus vir verè Domini sit miles electus. Quæ tamen incuriā & negligentiā prætermissa, non sunt alicubi descripta: licet non pauci extiterunt, qui se scisse fatarentur, diuinam in eodem loco sāpiùs apparuisse virtutem. Sed & in alteram postea translatus ipse Basilicam, temporibus successoris ipsius bonæ memorie VVillerici Episcopi; cùm inibi quamplura etiam per diuinam dicatur operatus potentiam, non sunt ab aliquo recondita memorie, quæ multorum assertio veraci probat impleta miraculo. Non est tamen occultandum silentio, quod ad gloriam Beati viri diui-

*Miraculū  
in Basclo  
eius.*

diuinitus patefactum hactenus in Bre-  
mensi conseruatum manet Ecclesia. Siqui-  
dē baculus hominis Sancti, quem Episcopa-  
li more ipse gestare consueuerat, post obi-  
tum eius fidelium deuotione in quadam  
fuerat arca repositus. Contigit autem, do-  
mum in qua hæcedem arca degebat subi-  
taneo flagrare incendio, & cum domo pa-  
riter etiam arca, cum omnibus quæ intus  
recondita fuerant, penitus est consumta;  
sed baculum ipsum in nullo funditus ignis  
ita est repertus incolumis, ut nec signum  
quidem ardoris in eo vñlum apparevit. Un-  
de Deus omnipotens in Sanctis suis verè est  
laudandus, qui in minimis etiam rebus  
meritum ipsorum suis declarat fidelibus.  
Aliud quoque contigit, quod æquè Beatū *Miraculū*  
virum magni coram Domino fuisse meriti *in Calice e.*  
præmonstrat. Calicem quippe eius cum *iis.*  
quo Sacrificium Domino offerre conti-  
nuè solebat, in quadam loco reconditum  
Discipulorum eius fidissima conseruabat  
affectione: Vbi etiam cùm ingestus ignis  
cuncta consumeret, ac si quid forte metalli  
fuerat opere fabricatum, calore liquefa-  
ctum deflueret, ipse cùm esset argenteus  
omnino integer est repertus. Et verè miran-  
da in eo Domini potestas apparuit, ut qui  
vero igne diuini amoris viuens accensus  
fuerat, in eius reliquias post mortem ipsius

terrenus ignis non valeret. **C**reatura enim Creatoris subiecta imperio, etiam vim naturæ perdit, cum iussum dominantis attendit. Nec potest aliquid detrimenti quanvis naturâ dictante perficere, cum vis vniuerscuiusque naturæ in Creatoris pendeat omnipotentissima voluntate. Mansit autem in Episcopatu Beatus V Villehadus electus Domini Pontifex anniis duobus, mensibus tribus diebus 26. & paracto boni certaminis cursu feliciter migrauit ad Dominum: cui est honor, & gloria, & potestas, & imperium, per infinita secula seculorum. Amen. *Explicit Vita S. V Villehadi Episcopi: Incipit de Miraculis ipsius.*

## CAPVT. XIII.

*Prefatio S. Ansgarij in miracula S. V Villehadi.*

**D**ono Omnipotens Dei, qui gratuitâ pietatis suæ præordinatione, quosque in Ecclesia Sancta Pastores constituit ac Doctores, Ansgarius Bremensis Ecclesiæ Præsul, vniuersis per orbem concordi fraternitate degenti fidelium societati, pacem & beatitudinem in Christo orat sempiternam.

Laudes Dei quas Sanctorum eius acta miranda testantur, non debere silentio præteriri, multotiens iam exemplis Patrum addiscimus; qui plurima eorum quæ Domini pietas per Seruos suos in hoc exercevit

*Tempus E-  
piscopatus  
suis.*

*S. Ansgari-  
us Scriptor  
Vita Sancti  
V Villehadi.*